

S. THOMAE AQUINATIS PANGE LINGUA

ORIGINAL

Pange, lingua, gloriosi
Corporis mysterium,
Sanguinisque pretiosi,
quem in mundi pretium
fructus ventris generosi
Rex effudit Gentium.

Nobis datus, nobis natus
ex intacta Virgine,
et in mundo conversatus,
sparso verbi semine,
sui moras incolatus
miro clausit ordine.

In supremæ nocte coenæ
recumbens cum fratribus
observata lege plene
cibis in legalibus,
cibum turbae duodenæ
se dat suis manibus.

Verbum caro, panem verum
verbo carnem efficit:
fitque sanguis Christi merum,
et si sensus deficit,
ad firmandum cor sincerum
sola fides sufficit.

Tantum ergo Sacramentum
veneremur cernui:
et antiquum documentum
novo cedat ritui:
praestet fides supplementum
sensuum defectui.

Genitori, Genitoque
laus et jubilatio,
salus, honor, virtus quoque
sit et benedictio:
Procedenti ab utroque
compar sit laudatio.

Amen.

REFORMULAÇÃO

Lingua, pange mysterium gloriosi corporis et
[mysterium] sanguinis pretiosi, quem effudit Rex
Gentium, fructus ventris generosi, in pretium mundi.

Nobis datus, nobis natus ex intacta virgine, et in
mundo conversatus, sparso verbi semine, clausit
moras sui incolatus miro ordine.

In nocte supremæ coenæ, recumbens cum fratribus,
plene observata lege, in cibis legalibus, dat se (sicut)
cibum turbae duodenæ (cum) suis manibus.

Verbum caro efficit panem verum (fieri) carnem
(cum) verbo; et merum fit sanguis Christi. Etsi
sensus deficit, sola fides sufficit ad firmandum cor
sincerum.

Ergo veneremur, cernui, tantum sacramentum; et
antiquum documentum cedat novo ritui. Fides
praestet supplementum defectui sensuum.

Laus, iubilatio, salus, honor, virtus quoque et
benedictio sit genitori et genito; laudatio sit compar
procedenti ab utroque. Amen.

TRADUÇÃO

Canta, língua, o mistério do corpo glorioso e do sangue valioso, o qual derramou o Rei das Nações, fruto de um ventre excelente, para pagar o mundo. Tendo a nós sido dado, tendo para nós nascido de uma virgem intocada, e depois de habitar este mundo e de espalhar a semente da Palavra, encerrou os tempos de sua estadia com uma ordem espantosa. Na noite da Última Ceia, reclinado com seus irmãos, tendo observado perfeitamente a lei, com os alimentos prescritos, dá-se como alimento, com suas próprias mãos, à multidão dos Doze. O Verbo, sendo carne, faz de verdadeiro pão, com uma palavra, carne; e o vinho se torna sangue de Cristo. E se falham os sentidos, a fé sozinha basta para confirmar um coração sincero. Portanto, veneremos, ajoelhados, um tão grande sacramento; e que o antigo documento ceda lugar ao novo rito. Que a fé ofereça um complemento ao defeito dos sentidos. Louvor, júbilo, saúde, honra, virtude e bênção sejam para o Gerador e o Gerado; seja semelhante o louvor contínuo Àquele que procede de ambos. Amém.